The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Electio s

cum fonte primo

Ligna siluarum non oliuam, non ficum, non uitem,
sed ramnum sibi elegerunt in regem
et egressus est ignis de ramno et deuorauit cedros Libani.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Sane notare hic possumus problema Joathan de filiis Gedeonis,
de quibus sibi ducem eligere filii Israel volentes,
contemptis filiis legitimis, Abimelech spurium,
et crudelem judicem elegerunt, juxta cujus verbum,
ligna silvarum, non olivam, non ficum, non vitem,
sed rhamnum elegerunt sibi in regem,
et egressus est ignis de rhamno, et devoravit cedros Libani.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 48 (PL 207, col.145A).